

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 3. An, & quatenus cognoscant Angeli naturaliter cogitationes
cordium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

720 Disp. XXXIX de Angel. Sect. II & III.

tionem, vel per revelationem præterius
discuntur.

29.
Suar.
Valq.

Consentit Suar. lib. 12. cap. 2. Contra Valq. disp. 208. cap. 4. num. 20. vbi frusta oppo-
nit Patres non negare Angelis cognitionem
præteriorum, sed tantum futurorum. Cur
enim Patres non ita negent Angelis co-
gnitionem præteriorum, ut futurorum,
ratio est, quoniam Angeli omnia ferè præ-
cerita, vel ex signis relictis, vel ex rela-
tione aliorum, vel ex propria memoria
cognoscunt. Secus autem futura libera.
Si quorum tamen nullum medium ha-
bent: eorum plane ea ē est ratio, ac
futurorum contingentium, aut p. pos-
sibilit. quæ non possunt per se sine aliquo
medio cogniti, vel incognito, ab
Angelis attingi. In quo perperam idem
Valq. disp. 208. cap. 3. num. 14. differen-
tiam ponit inter possibilia, nūquā futu-
ra, seu p. possibilia, & possibilia ali-
quando futura: quasi hæc sint propor-
tiones intellectui Angelico, illa non. Nam
vix recte Suar. cap. 13. num. 5. Possibilia ali-
quando futura nihil habent in præsens su-
pra p. possibilia, præter decretum Dei sp-
ris extrinsecum, quo non immutantur, ac
proinde non reduntur Angelis magis co-
gnoscibilia, magisque proportionata poten-
tia intellectus angelicæ, vel humanæ.
Quippe qua non plus habet proportionis
cum illis, quæ Deus recipit facere decrevit,
quam cum aliis infinitis specie vel numero
differētibus, equalibus, vel inqualibus, or-
dinis aquæ naturali. Ac si Deus de nouo ali-
quod ex illis facere decerneret, illud non
magis propter hoc decretum Dei cognoscibile
foret, quam nunc sit. Neque enim intrinsecè immutaretur per ordinationē solum
divina voluntatis. Difficultates autem, qua
circa species futurorum, aut præteriorum
moueri hic solent, expedita fuerunt a fine
præcedentis disputationis.

SECT. III.

An & quatenus cognoscant Angeli na-
turæ, aliter cogitationes cordium.

Nulla magis difficultas in præsenti
Scriptura videtur negare Angelos, & in
alii scripturæ opinione difficit. Origo autem diffi-
cultatis est, quod ex una parte Scriptu-
ra videatur manifestè negare Angelis &
hominibus, ac se Deo tribuere notitiam
cognitionum cordis alieni præteriorum
que ignorantiam in ipsam regi difficultatem
naturalē restringere. 3. Reg. 8. ver. 39.
Tu nos̄ i nostri cor omnium filiorum hominum.
Et 2. Paralip. 6. ver. 3. Redde unicuique
secundum vias suas, vias nostras cum habere in
cordes suo. Tu enim filius nostri contra filiorum
hominum, ait Salomon Deo, ibidem lauda-
eus. Et Ierem. 17. vers. 10. Praiuum est cor
hominis et inscrutabile, quis cognoscet illud?

Scriptura
videtur ne-
gare Ange-
los, illa
cognoscio-
gem.

Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui
do unicuique iuxta viam suam, & iuxta tri-
um adiunctionum suarum. Quæ interrogatio
est, cuiusque responsio, videtur cuilibet al-
teri, præterquam soli Dei, negare notitiam
cordis humani: & eius agnoscendi difficil-
tatem, non in Dei placitum, sed in ipsam
met rei naturam refundere. Vnde D. Hiero-
n. ad locum cit. Hieremias. Hinc, inquit,
discimus, quod nullus cognitionum secreta cognoscit,
soli filius Deus. Et Athanas. ^{Hic enim} qui adiutus Athanasi
eius libri auctor, quæst. 27. ad Antiochum.
Præcius rerum & cordium cognitor filius est
Deus: nec enim Angeli cordis abscondita, vel
futura vident. Vbi nota comparationem il-
lam secretorum cordis eorum futuris, quorum
certè ignorantia in natura, & in potentia An-
gelorum fundatur, & superiori sectione ostendit
sum fuit. Et Chrysostom. hom. 23. in Ioannem, Chrysostom.
Humanorum cordium cognitio filius Dei est, qui
ea formauit. Cyril. quoque Alexandr. lib. 2. in Cœlo
Ioan. cap. 19. expeditus illud Nathanaelis,
Rabbi tu es filius Dei, sic ait: Nouerat soli Deus
corda hominum patere. Id est inesse dominopera
speciei filium Dei profiteatur. Et lib. 3. assert
solitum esse Christum. Inter eorum corda in-
spicere, cognitionisque motus examinare,
sequitur maximè ea re natura Deum esse ostendit.
Inde etiam Paulus 1. ad Cor. 14. v. 24.
certum diuinis argumentum sumit, cum laudat
hominem, qui ex eo, quod occulta
cordis eius manifesta fiant à Christians
prophetibus, pronunciari Deum vere in illis
esse: non per præsentiam tantum loca, sed
communem rebus omnibus: sed per assisten-
tiam specialem, ac supernaturalem, perque
lumen propheticum. Quæ Scriptura loca, &
Patrum interpretationes, videntur loqui ge-
neratim non de solo Deo, vt collato cum ho-
minibus, & eos tantum excludendo, aut cum
rebus corporeis: sed simpliciter, & sine adi-
ditō vlo, per exclusionem omnium, quæ non
sunt Deus. Ac licet non loquantur expressè
de arcans Angelorum, sed hominum: pa-
ramen est ratio vtrorumque. Neque solū
probant non intueri Angelos cognitiones
cordiū: sed etiam quod neque ex certo signo
possint eas colligere, quamdiu in corde se-
creta seruantur. Ita ut nullus alius præter
Dei certò sciat, quid agatur illi in præsens;
sine priuilegio, aut elevatione Dei, circa ex-
terna signa, vel manfestationem ipsius operan-
tis. Vnde conseqvens est non modū actus
voluntatis alienæ occultos esse Angelis: sed
etiam actus ipsius intellectus, & species, &
habitus ab illis productus, si ab illis, veluti
signis, certè colligere possunt quid agatur
interius in ipsa voluntate. Præterquam
quod nomine cognitionum cordis non mo-
dū actus liberi, aut necessarij affectus volun-
tatis: sed & cognitiones intellectus com-
prehenduntur, vt paulo post contra Val-
quem & Hurtadum videbitur.

Ex alia vero parte, affectus cordis alieni, Difficilis
& actus intellectus, videntur esse obiecta in conte-
naturaliter ab Angelis intelligibilis, non rium,
minus

Hoc mihi quāt̄ potentia à quibus elicuntur. Inde facilis esse videtur ipsos actus, quāt̄ potentias substantiasque cognoscere. Siquidē nos actus noītr̄ int̄nos cognoscimus noīta intuitu experimētali, qui tamen facultates, aut substantiam anima noītr̄ non videmus. Ergo cum Angeli videant alias substancias spiritalis, sive Angelos, sive animas; mēlō magis cognoscēt̄ earum affectus & cogitationes & species, & habitus. Confirmatur aqua vnuquisque nostrum percipit suos actus int̄nos. Ergo Angeli, qui sunt nobis superiores in intelligendo, possunt eos cognoscere. Quod enim ex natura sua cognoscibile est ab intellectu inferiori, non excedit capacitatem, sphaeramque intellectus superioris continentis excellenter quicquid est perfectionis in inferiori quoad intelligendi vim. Adde quod actus alieni sunt eiusdem speciei, ac proprij. Ergo similiter intelligibiles. Atqui Angeli possunt naturaliter cognoscere proprios actus. Ergo & alienos.

Ut difficultas clarij̄ explicetur, distinguenda sunt duo, quæ Theologos in contra versant. Primum, quare nam rerum cognitione negari debet Angelis, ut testimoniis Scripturæ citatorum? Secundum, quæ sit vera & propria ratio, cur res illæ ignorentur ab Angelis? Quæ duo singillatim sequentibus sectionibus examinabuntur.

SECTIO IV.

Quid lateat Angelos hac in parte?

32.
Durand.
Angeli ignorant cogitationes cordis, etiā presentes.

Circa primum: Durand. in 2. dist. 3. quæst. 7^o num. 18. & quæst. 8. num. 6. putat non esse negandam Angelis cognitionem cogitationum cordis alieni prætentium, sed tantum futurorum. At omnino manifestum est ipsum falli. Scriptura enim loquitur de cognitione cogitationum etiam præsentium 2. Paralip. 6. Quas hōsti cum habent in corde suo. Nota habere, non autem, habitarum. Ibidem loquitur Salomon de precibus in præsenti ad Deum fuis. si quis, inquit, de populo tuo Israël fuīt deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suam, & expanderis manus suas in domo hac, tu exaudiens de cœlo &c. Tu enim filius noster corda pliorum hominum. Paulus quoque 1. Cor. 14. v. 24. & 25. non loquitur de cogitationibus futuris, de quibus an fibi imponeretur, nesciret ille cui reuelatio fieret: sed de præsentibus, aut etiam de præteritis, quas Angeli potissimum obseruare, & memoria retinere, si præsentes nosse possent. Christus denique in signum trinitatis, non futuras, sed præsentes cogitationes reuelabat. Matth. 9. v. 4. & cap. 12. v. 25. Luc 5. v. 21. & Thomus I.

cap. 11. v. 27^o
Secundo, Hurtad. disput. 2. Metaph. 33.
lect. 4. 9. 30. & 31. & alij apud Valsq. quibus ipso vel adhæret, vel fauet, disput. 210. cap. 2. & 3. censent actus intellectus alieni non occultari Angelis; sed solum actus liberos alienæ voluntatis. Quia, est, propriè in Scripturis appellatur voluntas libera, quā talis est: & cogitationes cordis vocantur affectus liberi prout tales. Sed contra: primò, Scriptura nomine cordis etiam intellectum significat, vt 3. Reg. 3. v. 9. Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut populum tuum iūicare posse. & discernere in bonum & in malum. Est autem intellectus iudicare & discernere. Et Matth. 9. v. 4. Cum vidisset IESVS cogitationes eorum dixit: vt quid cogitat̄ mala in cordib⁹ vestris? Et Luc. 24. v. 38. Quid turbasti estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Et Deuter. 4. v. 39. Scito ergo holie, & cogitato in corde tao, quid Dominus ipse sit Deus in cœlossum, & in terra dorum, & non sit alijs. Et alij pluribus locis. Testimonia vero præcedenti seculi de virtute loquuntur, neque distinguunt cogitationes liberas à non liberis. Patres quoque relati supra, assertū simplicitet revelationem cogitationum in argumentum diuinitatis Christi. Et quād cogitationes intellectus non excluderentur directe vi testimoniorum citatorum: tamen indirecte & consequenter excluderentur. Quia si nosset Angelii actus intellectus alieni: nosset consequenter affectos liberos voluntatis, qui dum exercentur, representantur per aliquem actum intellectus. Cum enim mens communiter refusat super actus voluntatis, non existunt, eosque intuitivè experiantur: Itemque p̄fissim de illis iam præteritis afferunt etiam & evidenter cogita si patet, ut hæ cogitationes Angelo; in ipsis postero occultaruntur, ita ut reuelare posset.

Neque dicas posse Angelum vel hominem se cohíberē libere, ne aduertat affectum singularem voluntatis, quem exercet. Nam ut libere cohíberet, debet de illo cogitare; alioqui non potest circa illum exercere libertatem. Deinde saltem ordinati non cohíberet. Neque etiam appareat quomodo possit libere cohíberet, atque impeditre consensus proprij, vel affectus experientiam. Enī nos quidem experimur non posse nos non aduertere ad actus nostros liberos, dum ipsos exercemus; sicut nescire sensum, vel affectum, quo necessarij vel libere appetimus. At Angeli & intelligendo superiores, & fibi rotiores sunt. Ergo quæ aut magis cognoscant necessaria affectus proprij voluntatis, dum ipsos exercent. Ergo si quisque videt actus intellectus alieni; videt actus illis, quibus quisque aduerit affectus liberos propriæ voluntatis. Et consequenter affectus ipsos cognoscit, non minus quam

Hurtad.
Valsq.
Atque etiā
actus intel-
lectus
alieni, &
cogitati-
onē non illa-
betas.

P.P.